

Tractatus *Juxta hunc textum*

<Introductio>

Juxta hunc textum tactum¹ in libro *Peri Hermeneias* “de quolibet dicitur affirmatio vel negatio²”, ideo quaero³ hanc conclusionem : utrum⁴ aliqua sit⁵ consequentia bona et formalis quae de se non valet. Et quod⁶ sic arguitur⁷ multipliciter⁸.

<Primum argumentum⁹>

Primo sic : haec consequentia est bona « album erit hoc ; ergo hoc erit album », et illa eadem non valet ; ergo conclusio vera¹⁰.

<Quod est bona>

Consequentia patet¹¹, et antecedens arguitur sic, scilicet¹² quod illa¹³ consequentia sit¹⁴ bona : quia si iste terminus ‘album’ supponeret¹⁵ eodem modo a parte praedicati in consequente sicut a parte subjecti in antecedente, tunc foret consequentia bona ; sed supponit sic, ut probabo ; ergo et cetera.

Prima consequentia est bona¹⁶. Consequentia patet, et minor probatur¹⁷ : nam nullum nomen a sui natura habet suppositionem¹⁸ ; ergo nec iste terminus ‘album’¹⁹ ; sed iste terminus ‘album’ habet suppositionem²⁰ ; ergo a parte alterius ; sed non est dare²¹ aliquid²² a parte²³ cujus habet¹ suppositionem nisi verbum

¹ tactum PV : tractatum F : *om.*R

² negatio : et de nullo simul *add.*R

³ ideo quaero FPV : respondeo ad R

⁴ utrum FPV : *om.*R

⁵ sit FPV : est R

⁶ et quod FPV : quod R

⁷ arguitur PV : hic arguitur F : arguo R

⁸ multipliciter : probatur *add.*F

⁹ Cet argument n’a pas de correspondant dans les autres versions.

¹⁰ vera FPV : falsa R

¹¹ patet FPV : est bona R

¹² arguitur sic scilicet FPV : probatur pro utraque sui parte pro prima parte videlicet R

¹³ illa FPV : haec R

¹⁴ sit PV : sit quod F : est R

¹⁵ supponeret FPV : supponit R

¹⁶ prima consequentia est bona FPV : *om.*R

¹⁷ consequentia patet et minor probatur FPV : quod sic supponat probatur R

¹⁸ habet suppositionem FPV : habet a parte subjecti supponere R

¹⁹ ergo nec iste terminus album PV : *om.*R

²⁰ suppositionem] sed ... suppositionem] *LAC* F

²¹ dare FPV : *om.*R

²² aliquid PVR : *om.*F

²³ a parte FPV : respectu R

Version Heytesbury

respectu cuius supponit ; ergo² habet suam³ suppositionem a verbo respectu cuius supponit ; sed omnem suppositionem quam illud verbum attribuit sibi⁴ a parte subjecti, eandem vel consimilem attribuit vel attribuere potest illi⁵ a parte praedicati ; ergo ita bene et eodem modo supponit praedicatum sicut subjectum, vel⁶ detur causa diversitatis.

<Quod non valet>

Et quod consequentia non valeat probatur : antecedens est verum, et consequens est falsum ; ergo et cetera.

Quod antecedens sit verum declaratur : ponatur quod Socrates nunc sit albus et numquam immediate post hoc erit albus, tunc notum est quod antecedens est verum⁷, scilicet 'album erit hoc'.

Quod probatur sic : hoc erit hoc, demonstrato Socrate, et hoc est vel erit album ; ergo album erit hoc.

Et quod consequens sit falsum patet : quia, immediate post hoc, hoc numquam erit album ; ergo hoc non erit album, quod est contradictorium consequentis ; ergo et cetera⁸.

<Responsio>

Ad illud principale respondeo⁹, et dico quod consequentia est satis bona, quamvis¹⁰ communiter negetur, propter hoc quod praedicatum semper spectat ad rem¹¹ verbi et supponit ad differentiam verbi¹² cuius est praedicatum.

Sed aliqui¹³ probant¹⁴ quod illa ratio nulla est¹⁵.

Forte¹⁶ aliquis diceret quod ex hac ratione sequeretur quod Socrates in eodem instanti¹⁷ erit¹⁸ albus et niger : quia, posito quod Socrates nunc sit albus et quod

¹ habet FPV : habeat R

² ergo : iste terminus album *add.R*

³ suam FPV : *om.R*

⁴ attribuit sibi FPV : habet R

⁵ illi FPV : *om.R*

⁶ ergo ita bene et eodem modo supponit praedicatum sicut subjectum vel FPV : si non R

⁷ verum : et consequens falsum *add.R*

⁸ et quod consequentia non valeat probatur ... et cetera R : *om.FPV*

⁹ principale respondeo PVR : respondeo principaliter F

¹⁰ quamvis FPV : licet R

¹¹ rem FPV : naturam R

¹² et supponit ad differentiam verbi FPV : *om.R*

¹³ aliqui FPV : argumenta praedicta R

¹⁴ probant : #hoc# *add.R*

¹⁵ nulla est : et quod ratio non valet *add.R*

¹⁶ forte FPV : sed forte R

¹⁷ instanti PVR : *om.F*

¹⁸ erit P : sit FV : esset R

Tractatus *Juxta hunc textum*

numquam post hoc¹ erit albus sed niger continue per certum tempus, et sit A unum instans post hoc, tunc in A instanti Socrates erit albus et in A instanti Socrates erit niger ; ergo in eodem instanti Socrates erit albus et niger ; consequens est falsum et impossibile² ; ergo et cetera.

Quod consequens sit falsum probo, et³ capio illam propositionem ‘in A instanti hoc⁴ erit album et nigrum⁵’ : in illa propositione praedicatur iste terminus ‘album et nigrum⁶’ ; ergo de tali est jam locutio vera⁷ ‘hoc est album et nigrum’ vel in A instanti aliquando erit haec locutio vera ‘hoc est album et nigrum⁸’, sed⁹ jam non est verum nec umquam erit verum ; ergo in nullo instanti erit haec vera ‘hoc est album et nigrum’.

Nota quod haec consequentia est bona¹⁰ communiter negata¹¹ « hoc erit hoc, et hoc est vel¹² erit album ; ergo hoc erit album ». Ista consequentia patet per argumenta prius dicta¹³, et cetera¹⁴.

¹ hoc : nunc *add.F*

² et impossibile PVR : *om.F*

³ et FP : quia R : *om.V*

⁴ hoc FPV : Socrates R

⁵ album et nigrum FPV : albus et niger R

⁶ album et nigrum FPV : albus et niger R

⁷ locutio vera FPV : verum dicere R

⁸ vel in A instanti ... nigrum PV : *om.FR*

⁹ sed : hoc *add.R*

¹⁰ bona : et *add.R*

¹¹ negata FPV : necessaria R

¹² est vel FPV : *om.R*

¹³ prius dicta P : prius facta F : prius facta et praedicta V

¹⁴ ista consequentia patet ... et cetera FPV : *om.R*

<Secundum argumentum¹>

« Quoddam² album non est coloratum ; ergo quoddam non coloratum³ non est non album⁴ », illa consequentia est bona, et haec⁵ eadem non valet ; ergo conclusio vera⁶.

<Quod est bona>

Consequentia est manifesta⁷, et antecedens probatur pro utraque sui parte.

Et probo primam partem⁸, scilicet⁹ quod illa consequentia sit bona : quia arguitur ab uno convertibili ad reliquum¹⁰.

Antecedens probatur¹¹ : nam haec propositio ‘quoddam album non est coloratum’ est particularis negativa ; ergo habet converti per contrapositionem¹².

Consequentia patet¹³ : nam aliqua particularis negativa habet converti per contrapositionem, et non est major ratio quare una alterius quam alia¹⁴ ; ergo et cetera¹⁵. Si sit aliqua causa diversitatis, detur illa¹⁶.

Si illa¹⁷ debet converti per contrapositionem, tunc arguitur sic : quoddam¹⁸ album non est coloratum ; ergo quoddam non coloratum non est non album, sicut patet in¹⁹ mutando terminos finitos²⁰ in terminos infinitos ; ergo²¹ consequentia²² bona.

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSO (1) — Version Alyngton manuscripts (1) — Version LSC (1)

² quoddam : secundo ad conclusionem arguitur sic quoddam R

³ coloratum FPR : album V

⁴ album FPR : coloratum V

⁵ haec FPR : om. V

⁶ vera FPV : falsa R

⁷ consequentia est (manifesta PV/manifestata F) FPV : om. R

⁸ probo primam partem FPV : primo pro prima parte R

⁹ scilicet PR : videlicet FV

¹⁰ reliquum : ergo et cetera consequentia est bona et add.R

¹¹ probatur FR : arguitur PV

¹² contrapositionem : #et non est major ratio# add.F

¹³ consequentia patet FV : consequentia probatur sic R : patet sic P

¹⁴ quare una alterius quam alia FPV : de una quam de alia R

¹⁵ ergo et cetera FPV : ergo habet converti R

¹⁶ si sit aliqua causa diversitatis detur illa FPV : et si sic detur illa causa diversitatis et cetera R

¹⁷ illa FPV : om. R

¹⁸ quoddam PV : quodlibet F

¹⁹ in FPV : om. R

²⁰ finitos PV : infinitos F

²¹ ergo : illa add.V

²² consequentia : est add.V

Tractatus Juxta hunc textum

<Quod non valet>

Et quod¹ non valet arguitur : nam² casu possibili posito, antecedens est verum et consequens falsum ; ergo et cetera.

Consequentia tenet³, et antecedens probatur⁴ : posito quod nullum album sit, tunc est hoc⁵ antecedens verum⁶ ‘quoddam album non est coloratum’ : quia ejus contradictorium est falsum, scilicet ‘omne album est coloratum’ ; et tamen⁷ consequens est falsum, scilicet ‘aliquod⁸ non coloratum non est non album’ : quia ejus contradictorium est verum, scilicet ‘omne non coloratum⁹ est non album¹⁰’, tamen consequens est falsum¹¹ de se ; ergo illa consequentia non valet.

<Responsio>

Ad illud solet dici a quibusdam¹² quod nulla particularis negativa habet¹³ converti per contrapositionem quae fit ex terminis accidentalibus.

Sed contra illam responsionem arguitur sic¹⁴ : haec est¹⁵ particularis negativa in terminis accidentalibus¹⁶ ‘quoddam album non est nigrum’, et habet¹⁷ converti per contrapositionem ; ergo responsio non est vera¹⁸.

Antecedens arguitur¹⁹ : nam illa sic convertitur « quoddam album non est nigrum ; ergo²⁰ quoddam non nigrum non est non album », et haec est conversio per contrapositionem ; ergo et cetera.

Et quod illa debeat sic converti probatur : nam aequè vere est hoc²¹ ‘quoddam non nigrum non est non album’ sicut hoc¹ ‘quoddam album non est² nigrum³’ :

¹ quod : ista consequentia *add.V*

² quoddam album non est coloratum ergo quoddam non coloratum non est ... nam FPV : *om.R*

³ tenet FPV : est bona R

⁴ probatur FPR : arguitur V

probatur : quia *add.R*

⁵ hoc FPV : *om.R*

⁶ verum : scilicet *add.R*

⁷ tamen FPV : *om.R*

⁸ aliquod FPV : quoddam R

⁹ coloratum FPV : album R

¹⁰ album FPV : coloratum R

¹¹ tamen consequens (est FP/sit V) falsum FPV : sicut satis patet R

¹² a quibusdam PVR : quidam F

¹³ nulla particularis negativa habet PVR : particularis negativa non habet F

¹⁴ sic PR : *om.FV*

¹⁵ est FPV : *om.R*

¹⁶ in terminis accidentalibus FPV : *om.R*

¹⁷ et habet FPV : potest R

¹⁸ non est vera FPV : est nulla R

¹⁹ arguitur FPV : sic probatur R

²⁰ quoddam album non est nigrum ergo FPV : *om.R*

²¹ vere est hoc PV : ratione est hoc F : est haec vera R

Version Heytesbury

nam contradictorium illius ‘quoddam non nigrum⁴ non est non album⁵’ est falsum ; ergo hoc⁶ est verum.

Texte dans FPV

Antecedens⁷ probatur⁸ : « omne non nigrum est non album, sed⁹ quoddam album est non nigrum¹⁰ ; ergo quoddam album est non album », consequens est falsum ; ergo et antecedens ; ergo patet quod haec est vera ‘quoddam non nigrum non est non album’ : quia¹¹ ejus contradictorium est falsum ; ergo patet quod aliqua¹² particularis negativa debet converti per contrapositionem.

Texte dans R

Consequentia bona et antecedens probatur sic : hoc est suum contradictorium ‘omne non nigrum est non album’, sed hoc est falsum ; ergo et cetera.

Quod ipsum sit falsum probatur : quia sequitur « omne non nigrum est non album, sed album est non nigrum ; ergo album est non album », consequens est falsum ; ergo et antecedens, et non pro secunda parte ; ergo pro prima, sed prima fuit ista ‘omne non nigrum est non album’ ; ergo illa est falsa, quod fuit probandum. Et si illa est falsa, tunc ejus contradictorium est verum, sed ejus contradictorium est illud ‘quoddam non nigrum non est non album’ ; ergo ipsum est verum. Et si sic ; ergo patet quomodo aliqua particularis negativa in terminis accidentalibus habet converti per contrapositionem.

¹ sicut hoc FPV : sicut est haec R

² est : non *add.F*

³ nigrum : quod probatur *add.R*

⁴ nigrum PVR : album F

⁵ album PVR : nigrum F

⁶ hoc : antecedens *add.F*

⁷ antecedens PV : *om.F*

⁸ arguitur nam PV : probatur nam F

⁹ sed FP : *om.V*

¹⁰ sed quoddam album non est nigrum : *in mg.P*

¹¹ quia FP : et V

¹² aliqua PV : *om.F*

Tractatus *Juxta hunc textum*

Texte dans FPV

Ideo aliter dico quod¹ videndum est quae particularis potest converti per contrapositionem et quae non.

Pro quo sciendum est quod particularis negativa in terminis substantialibus potest converti per contrapositionem et quaedam² in terminis accidentalibus, et hoc est ubi neuter illorum terminorum in particulari negativa non est inferior³ ad alium vel superior; sed particularis negativa non potest converti per contrapositionem in terminis accidentalibus ubi subjectum est inferius ad praedicatum vel e converso. Et hoc sufficit pro argumento principali⁴.

Texte dans R

Ideo aliter respondeo. Pro quo notandum quod aliqua est particularis quae habet converti per contrapositionem et aliqua non.

Pro quo sciendum est quod particularis in terminis substantialibus generaliter potest converti per contrapositionem; in terminis vero accidentalibus, quaedam est particularis negativa quae potest converti per contrapositionem, quaedam non, ut dictum est. Illa particularis negativa in terminis accidentalibus potest converti per contrapositionem ubi illi termini sunt sic se habentes quod neuter illorum sit superior ad reliquum nec inferior. Illa vero non potest converti ubi illi termini sunt sic se habentes sicut superius et inferius et cetera.

¹ ideo dico aliter quod P : sed primo FV

² quaedam P : numquam FV

³ inferior FP : inferius V

⁴ pro argumento principali PV : per argumenta principalia F

<Tertium argumentum¹>

Tertio arguitur contra conclusionem² sic³: haec consequentia est bona « exclusum est⁴ exclusum, et nihil aliud quam exclusum est exclusum ; ergo tantum exclusum est exclusum », et haec⁵ eadem non valet ; ergo conclusio vera⁶.

Consequentia tenet.

<Quod est bona>

Et antecedens probatur pro prima parte⁷ : quia in ista⁸ arguitur ab exponentibus ad expositam ; ergo consequentia est bona⁹.

<Quod non valet>

Et quod ista consequentia non valet probatur¹⁰ : quia¹¹ casu possibili posito¹², antecedens est verum et consequens est falsum ; ergo consequentia non valet¹³.

Consequentia patet, et antecedens arguitur sic¹⁴ : ponatur quod aliquid¹⁵ sit exclusum, tunc patet quod exclusum¹⁶ est exclusum et nihil aliud quam exclusum est exclusum¹⁷ : quia si non, tunc¹⁸ aliud quam exclusum est exclusum, consequens hoc est manifeste falsum, sicut¹⁹ patet.

Quod consequens praedictae²⁰ consequentiae sit falsum probo sic²¹ : in omni exclusiva affirmativa vera²² praedicatum attribuitur subjecto et removetur ab

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSO (2) — Version Alynngton manuscripts (2)
— Version LSC (2)

² contra conclusionem : *om.V*

³ tertio ... sic PVR : *om.F*

⁴ est : est *add.V*

⁵ haec : *om.V*

⁶ vera FPV : falsa R

⁷ pro prima parte PR : *om.FV*

⁸ in ista PV : illa F : *om.R*

⁹ consequentia est bona P : consequentia bona FV : et cetera R

¹⁰ probatur FPR : probo V

¹¹ quia : aliquo *add.V*

¹² et quod ista consequentia non valet ... posito FPV : et pro secunda parte probatur R

¹³ non valet FPV : nulla R

¹⁴ arguitur sic P : arguitur V : probatur F : probatur sic R

¹⁵ aliquid FPR : aliquod V

¹⁶ exclusum FPV : aliquid R

¹⁷ exclusum : quod probatur *add.R*

¹⁸ tunc FPV : ergo R

¹⁹ sicut : satis *add.R*

²⁰ consequens praedictae FPV : antecedens primae R

²¹ sic FPV : nam R

²² vera PV : *om.FR*

Tractatus Juxta hunc textum

oppositis¹ subjecti, sed² hoc praedicatum³ attribuitur⁴ tam subjecto⁵ quam opposito⁶ subjecti, ut⁷ probabo, sequitur quod⁸ exclusiva sit⁹ falsa¹⁰ « tantum exclusum est exclusum ».

Consequentia tenet¹¹, et major est regula communis de exclusivis.

Et minor arguitur¹² sic: oppositum subjecti est exclusum¹³; ergo hoc praedicatum ‘exclusum¹⁴’ attribuitur¹⁵ oppositis¹⁶ subjecti.

Consequentia tenet, et antecedens arguitur sic¹⁷: nam oppositum¹⁸ subjecti excluditur¹⁹, per communes regulas; ergo et cetera²⁰.

Item²¹: ex hoc consequente ‘tantum exclusum est exclusum²²’ sequitur falsum²³; ergo hoc²⁴ est falsum.

Consequentia patet, et antecedens arguitur²⁵: nam sequitur « tantum exclusum est exclusum; ergo non exclusum est exclusum²⁶ ».

Probatur consequentia: quia²⁷ ‘non exclusum’ est oppositum subjecti illius exclusivae, et oppositum subjecti²⁸ excluditur, sicut prius argutum est²⁹; ergo cum ‘non exclusum’ excluditur, ‘non exclusum’ est exclusum³⁰, consequens est falsum;

¹ oppositis FPR : opposito V

² sed FPV : ergo cum R

³ praedicatum : exclusum *add.V*

⁴ attribuitur FPV : attribuatur R

⁵ subjecto FR : subjectis PV

⁶ opposito FVR : oppositis P

⁷ ut FPV : sicut R

⁸ sequitur quod PV : ergo F : sequitur quod illa R

⁹ sit PVR : est F

¹⁰ falsa : scilicet *add.R*

¹¹ tenet PR : patet FV

¹² arguitur FPV : probatur R

¹³ (quia *add.V*) oppositum subjecti est exclusum FPV : opposita subjecti excluduntur R

¹⁴ hoc praedicatum exclusum PV : hoc praedicatum R : *om.F*

¹⁵ attribuitur PR : dicitur de F : ad tribuitur V

¹⁶ oppositis PV : opposito FR

¹⁷ arguitur sic PV : probatur R

¹⁸ oppositum PV : opposita R

¹⁹ excluditur PV : excluduntur sicut patet R

²⁰ et antecedens arguitur sic ... regulas ergo et cetera PV : antecedens probatur nam opposita subjecti excluduntur sicut patet per communes regulas R : *om.F*

²¹ item : aliter arguitur *add.R*

²² tantum exclusum est exclusum PVR : *om.F*

²³ falsum PVR : falsa scilicet tantum exclusum est exclusum F

²⁴ hoc PV : ipsum R : *om.F*

²⁵ arguitur PV : probatur FR

²⁶ est exclusum PVR : *om.F*

²⁷ quia FPV : *om.R*

²⁸ subjecti : exclusivae *add.P*

²⁹ argutum est FPV : dictum est R

³⁰ est exclusum PVR : excluditur F

Version Heytesbury

ergo <et> illud ex quo sequitur, sed illud est consequens principalis consequentiae¹ ; ergo consequens principalis consequentiae² est falsum ; ergo illa consequentia non valet, quod fuit probandum³.

<Responsio>

Pro illo dicitur quod illa consequentia non valet⁴.

Et quando arguitur sic⁵ “hic arguitur ab exponentibus ad expositam ; ergo et cetera”, concedo consequentiam et nego antecedens, nec debet illa exclusiva sic exponi⁶ « exclusum est exclusum, et cetera⁷ ; ergo tantum et cetera⁸ », sed oportet⁹ addere istam tertiam¹⁰ exponentem, scilicet istam ‘aliud quam exclusum est exclusum’ super talem¹¹ ‘non exclusum est exclusum’ : nam sicut argumentum factum in oppositum illius consequentiae satis¹² probat quod talis¹³ exclusiva ‘tantum exclusum est exclusum’ formaliter includit¹⁴ opposita¹⁵, videlicet¹⁶ ‘nihil aliud quam exclusum est exclusum’ et etiam¹⁷ ‘aliud¹⁸ quam exclusum est exclusum’, et ita oportet quod copulativa facta ex ejus¹⁹ exponentibus formaliter includit²⁰ opposita²¹ ad quod illa consequentia valeat ab²² exponentibus ad expositam. Consimiliter respondendum est ad quamcumque²³ exclusivam.

¹ principalis consequentiae FPV : principale R

² principalis consequentiae FPV : principale R

³ probandum : ergo et cetera *add.R*

⁴ valet : exclusum est exclusum et nihil aliud quam exclusum est exclusum ergo tantum exclusum est exclusum *add.R*

⁵ sic : probando eam *add.R*

⁶ exponi : scilicet *add.R*

⁷ et cetera FP : et nihil aliud quam exclusum est exclusum R : ergo et cetera V

⁸ ergo tantum et cetera P : ergo tantum exclusum est exclusum R : ergo et cetera F : ergo tantum exclusum et cetera V

⁹ oportet FPV : debet sic exponi et R

¹⁰ istam tertiam FPV : unam aliam R

¹¹ super talem FPV : vel istam R

¹² satis FPV : *om.R*

¹³ talis FPR : ista V

¹⁴ includit FPV : includat R

¹⁵ opposita : in se *add.R*

¹⁶ videlicet : quod *add.R*

¹⁷ etiam FP : *om.R*

¹⁸ aliud FP : aliquid aliud R

¹⁹ ejus FP : suis R

²⁰ includit FP : includat R

²¹ opposita : in se *add.R*

opposita] videlicet quod nihil aliud quam exclusum ... opposita] *LAC V*

²² ab : istis *add.R*

²³ quamcumque FPV : omnem consimilem R

Tractatus *Juxta hunc textum*

<Quartum argumentum¹>

Ad conclusionem arguitur sic² : « Socrates curret, et nihil aliud a Socrate³ curret ; ergo tantum Socrates curret », haec consequentia est bona, et haec eadem non valet ; ergo conclusio vera⁴.

<Quod est bona>

Consequentia tenet⁵, et antecedens arguitur pro prima parte⁶ : quia in illa exclusiva⁷ arguitur ab exponentibus exclusivae⁸ ad ipsam exclusivam⁹, sicut apparet¹⁰ ; ergo et cetera¹¹.

<Quod non valet>

Et quod illa consequentia non valet probatur¹², et pono¹³ quod Socrates curret cras et quod nihil¹⁴ praeter Socratem curret in illo tempore in quo Socrates curret, et quod Socrates corrumpatur in fine crastinae diei, et quod post sui corruptionem generentur alii homines et quod illi¹⁵ currant. Illo posito, antecedens est verum et consequens falsum ; ergo et cetera.

Antecedens probo sic¹⁶ : Socrates curret, ut¹⁷ patet, et nihil aliud a Socrate curret¹⁸ : quia si sic¹⁹, detur tunc²⁰ : aliud a Socrate curret²¹ ; ergo quod est aliud a Socrate curret²² vel quod¹ erit aliud a Socrate curret. Consequentia tenet² per hanc

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSO (3) — Version Alyngton manuscripts (3) — Version LSC (3)

² ad conclusionem arguitur sic PV : quarto arguitur ad conclusionem principalem sic R : *om.F*

³ a Socrate FPV : quam Socrates R

⁴ vera FPV : falsa R

⁵ tenet PV : bona FR

⁶ et antecedens arguitur pro prima parte P : et arguitur sic pro prima parte V : et antecedens probatur pro prima parte F : et antecedens pro utraque parte probatur et primo pro prima parte arguitur sic R

⁷ quia in illa exclusiva FPV : hic R

⁸ exclusivae FPV : *om.R*

⁹ ipsam exclusivam FPV : expositam R

¹⁰ sicut apparet FPV : *om.R*

¹¹ et cetera FPV : consequentia bona R

¹² quod illa consequentia non valet probatur FPV : pro secunda parte arguitur sic R

¹³ pono FPV : ponatur R

¹⁴ nihil : aliud *add.R*

¹⁵ quod illi FPV : *om.R*

¹⁶ probo sic PR : arguitur quod F : scilicet quod V

¹⁷ ut PVR : *om.F*

¹⁸ curret : ergo et cetera *add.R*

¹⁹ sic FPV : nihil R

²⁰ tunc FP : tunc sic V : ergo oppositum scilicet aliquid R

²¹ curret : tunc sic aliud a Socrate curret *add.R*

²² a Socrate curret FPV : *om.R*

Version Heytesbury

regulam : terminus communis³ supponens respectu verbi de futuro indifferenter supponit pro hiis qui sunt et pro hiis qui erunt⁴, sed nec uno modo⁵ nec alio modo, ut probabo ; ergo et cetera.

Prima pars probatur, videlicet quod nihil quod est aliud a Socrate curret : quia nihil est aliud a Socrate quod⁶ numquam curret, hoc⁷ patet per casum. Nec illud quod⁸ erit aliud a Socrate post hoc⁹ curret : quia si sit sic¹⁰ ; ergo¹¹ Plato ; tunc Plato curret qui erit aliud a Socrate¹².

Contra : omnis alietas¹³ requirit et exigit¹⁴ existentiam¹⁵ extremorum ; sed Plato non erit¹⁶ quando Socrates erit¹⁷ ; ergo Plato¹⁸ numquam erit aliud a Socrate, et, per idem, nec aliquis alius¹⁹ homo ; ergo nec Plato erit aliud a Socrate. Et si sic, quamvis multi homines currant, non²⁰ sequitur quod aliud²¹ a Socrate curret²² : quia illud quod curret non²³ erit aliud a Socrate.

Iterum, si Plato qui curret²⁴ erit aliud a Socrate ; ergo²⁵ quando Socrates²⁶ erit vel quando Socrates²⁷ non erit. Non quando Socrates erit erit Plato aliud a Socrate²⁸ : quia tunc Plato²⁹ non erit, ut patet per casum, et omnis alietas requirit existentiam³⁰ extremorum¹ ; nec² quando Socrates non erit erit Plato aliud a

¹ quod FPV : *om.*R

² tenet FPV : patet R

³ communis FPV : *om.*R

⁴ indifferenter supponit ... qui erunt FPV : ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel erit R

⁵ modo : est verum *add.*R

⁶ quod : post hoc *add.*R

⁷ hoc FPV : ut R

⁸ quod : est *add.*P

⁹ post hoc FPV : numquam R

¹⁰ si sit sic FPR : si sic V

¹¹ ergo FPV : sit illud R

¹² tunc Plato curret qui erit aliud a Socrate PV : tunc hoc currens quod erit aliud a Socrate F : ergo Plato erit aliud a Socrate R

¹³ omnis alietas PR : nota alietatis FV

¹⁴ et exigit FPV : *om.*R

¹⁵ existentiam FPV : essentiam R

¹⁶ erit FPV : currit R

¹⁷ erit FPV : currit R

¹⁸ Plato FPV : *om.*R

¹⁹ aliquis alius R : aliquis FP : alius V

²⁰ non : tamen *add.*R

²¹ aliud PVR : alii F

²² curret PVR : currant F

²³ non FPV : nec est nec R

²⁴ qui curret FPV : *om.*R

²⁵ ergo : erit aliud a Socrate *add.*R

²⁶ Socrates FPV : *om.*R

²⁷ Socrates PV : *om.*FR

²⁸ erit Plato aliud a Socrate FPV : *om.*R

²⁹ Plato PVR : *om.*F

³⁰ existentiam *corr.* : essentiam R

Tractatus *Juxta hunc textum*

Socrate, ut potest probari per idem argumentum ; ergo et cetera³. Et per idem potest probari quod nullus homo generandus erit aliud a Socrate ; ergo sequitur quod non erit ita quod aliud a Socrate curret.

<Responsio>

Pro illo dicitur⁴ quod ista consequentia non valet⁵ « Socrates curret, et nihil⁶ aliud a Socrate curret ; ergo tantum Socrates curret ».

Et cum⁷ infertur⁸ quod sic, quia arguitur ab exponentibus et cetera⁹, dicitur quod non. Immo¹⁰, illa exclusiva et quaecumque consimilis, scilicet 'tantum Socrates curret' debet¹¹ sic exponi « Socrates curret, et nihil quod non erit Socrates curret ; ergo tantum Socrates curret », sed¹² tunc minor est falsa isto¹³ casu posito et consequens falsum¹⁴ : quia aliquid¹⁵ non¹⁶ Socrates curret : quia Plato¹⁷ non¹⁸ Socrates, curret, et sic de aliis. Consimiliter respondetur ad quamcumque similem probationem¹⁹.

¹ et omnis alietas ... extremorum R : et omnis alietas et cetera P : quia nota alietatis non cadit nisi inter existentia ergo et cetera FV

² nec FVR : et illud non P

³ ergo et cetera FPV : *om.*R

⁴ dicitur FVR : dico breviter P

⁵ ista consequentia non valet FPV : non valet consequentia et quando arguitur sic R

⁶ nihil PVR : *om.*F

⁷ cum PR : consequens F : ergo et cetera V

⁸ infertur : arguendo *add.*R

⁹ et cetera FPV : ad expositam R

¹⁰ immo PVR : ideo dicitur quod F

¹¹ quaecumque consimilis scilicet tantum Socrates curret debet FPV : quaelibet talis habet R

¹² sed RV : et P : *om.*F

¹³ isto FPV : in R

¹⁴ et consequens falsum F : et cetera et consequens falsum P : et cetera consequens est falsum V : *om.*R

¹⁵ aliquid : quod *add.*R

¹⁶ non : erit *add.*R

¹⁷ Plato : qui *add.*R

¹⁸ non : erit *add.*R

¹⁹ probationem FV : propositionem P

Consimiliter respondetur ... probationem FPV : *om.*R

<Quintum argumentum¹>

Quinto principaliter ad conclusionem arguitur sic² : haec consequentia est bona « A desinit esse verum, et nihil aliud ab A desinit esse verum ; ergo tantum A desinit esse verum », et haec eadem non valet ; ergo conclusio vera³.

<Quod est bona>

Consequentia patet, et antecedens arguitur⁴.

Et⁵ quod illa consequentia sit⁶ bona arguitur⁷ : quia arguitur ab exponentibus ad expositam, ut apparet ; ergo et cetera⁸.

<Quod non valet>

Et quod illa consequentia non valet probo⁹ : quia¹⁰ antecedens est verum et consequens falsum ; ergo et cetera.

Consequentia tenet¹¹, et antecedens arguitur sic¹² : pono quod A nunc primo¹³ sit verum et quod post hoc numquam erit verum¹⁴, et pono¹⁵ quod nihil sit verum¹⁶ nisi A, sed quod B immediate ante hoc fuerit verum et nunc non sit verum. Isto posito, A desinit esse verum, per casum : quia A nunc est verum, et immediate post hoc¹⁷ non erit verum ; ergo A desinit esse verum¹⁸, et¹⁹ nihil aliud ab A desinit²⁰ esse verum²¹ : quia nihil quod est aliud ab A²² desinit esse verum²³ nisi A vel B, sed B

¹ Cet argument n'a pas de correspondant dans les autres versions.

² quinto principaliter ad conclusionem arguitur sic PV : quinto arguitur ad conclusionem principalem sic R : *om.F*

³ conclusio vera FV : conclusio falsa R : et cetera P

⁴ arguitur PV : probatur FR

⁵ et : primo probatur *add.R*

⁶ sit FPV : est R

⁷ arguitur FPV : *om.R*

⁸ ut apparet ergo et cetera P : ut apparet V : ut prius F : ergo consequentia bona R

⁹ probo FPV : probatur R

¹⁰ quia : casu possibili posito *add.R*

¹¹ tenet FPV : patet R

¹² arguitur sic FPV : probatur R

¹³ A nunc primo PR : nunc A V : A numquam F

¹⁴ verum] et quod post ... verum] *LAC R*

¹⁵ pono : nunc *add.P*

¹⁶ verum : nunc *add.R*

¹⁷ hoc : A *add.R*

¹⁸ A desinit esse verum FPV : et cetera R

¹⁹ et : quod *add.R*

²⁰ desinit FPV : desinat R

²¹ verum : probatur *add.R*

²² quod est aliud ab A FPV : *om.R*

²³ verum : quia nihil desinit esse verum *add.P*

Tractatus Juxta hunc textum

non est aliud ab A : quia B non est A¹, similiter nec² A est aliud a B ; ergo³ nihil quod est aliud ab A desinit esse verum nec aliquid quod fuit aliud ab A desinit esse verum : quia B numquam fuit aliud ab A : quia B nec fuit aliud ab A⁴ quando A fuit nec quando A non fuit.

Texte dans FPV

Quia A⁵ per casum numquam fuit, sed A nunc primo est ; ergo quod fuit aliud ab A non desinit esse verum nec quod est aliud ab A desinit esse verum ; ergo nihil aliud ab A desinit esse verum⁶, consequens falsum.

Texte dans R

Et non primo modo quando A fuit : quia quando A fuit, non fuit B nec positum est per casum, nec quando A non fuit, cum alietas debeat cadere inter entia ; ergo quod est aliud ab A nec quod fuit aliud ab A desinit esse verum ; ergo nihil aliud ab A desinit esse verum, quod fuit minor probanda.

Modo probatur⁷ quod consequens principalis consequentiae sit falsum, videlicet illud ‘tantum A desinit esse verum’ : quia sequitur « tantum A desinit esse verum ; ergo omne desinens esse verum est vel desinit esse A⁸, et B est desinens esse verum ; ergo B est vel desinit esse A⁹ ».

Consequentia patet : quia syllogismus¹⁰ in prima figura, et minor patet per casum : quia B desinit esse verum¹¹ ; ergo B est desinens esse verum.

Consequentia patet juxta¹² communem resolutionem verbi in suum participium et in hoc verbo ‘est’.

<Responsio>

Pro illo dico¹³, sicut prius, quod illa consequentia non valet nec debet sic exponi¹⁴, sed exponitur sic¹⁵ : « A desinit esse verum, et nihil¹ non² A desinit esse

¹ est : A *add.*F

² similiter nec FPV : nec R

³ ergo FPV : quia R

⁴ fuit aliud ab A] quia B nec fuit aliud ab A] LAC FV

⁵ quia A P : quia F : sed V

⁶ esse verum ergo nihil aliud ab A desinit esse verum P : esse verum V : *om.*F

⁷ probatur FPV : *om.*R

⁸ est vel desinit esse A PV : est A vel desinens esse A F : est A R

⁹ B est vel desinit esse A FPV : B est A R

¹⁰ quia syllogismus FPV : *om.*R

¹¹ verum PR : *om.*FV

¹² juxta FPV : per R

¹³ dico PV : dicendum F : dicitur R

¹⁴ debet sic exponi FPV : bene exponitur R

¹⁵ exponitur sic FPV : debet sic exponi R

Version Heytesbury

verum ; ergo tantum A desinit esse verum », et tunc minor est falsa. Similiter respondetur ad quamcumque consimilem³.

¹ nihil : quod *add*.R

² non : est *add*.R

³ similiter respondetur ad quamcumque consimilem PV : similiter respondetur ad consimilem F : ergo et cetera R

Tractatus Juxta hunc textum

<Sextum argumentum¹>

Item principaliter ad conclusionem arguitur² : haec consequentia est bona « nihil aliud a Socrate currit ; ergo tantum Socrates currit », et haec³ eadem non valet, sicut satis patet ; ergo conclusio vera⁴.

<Quod non valet>

Nam⁵ quod illa consequentia non valet patet⁶ : quia hic⁷ arguitur ab una exponente ad suam⁸ expositam, et sic arguendo est⁹ fallacia consequentis ; ergo conclusio vera¹⁰.

Texte dans FPV

Consequentia patet et antecedens arguitur¹¹ :

nam posito quod nihil currat, tunc¹² antecedens est verum 'nihil aliud a Socrate currit'

: quia « nihil currit ; ergo nihil aliud a Socrate currit »,

Texte dans R

Secundo etiam probatur quod illa consequentia non valet : quia casu possibili posito antecedens est verum et consequens falsum ; ergo consequentia non valet.

Assumptum probatur : posito quod nihil currat¹³, tunc antecedens est verum et consequens falsum ; ergo consequentia non valet.

Et quod antecedens sit verum satis patet : quia bene sequitur « nihil currit ; ergo nihil aliud a Socrate currit »,

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSO (4) — Version Alyngton manuscripts (4) — Version LSC (4)

² item principaliter ad conclusionem arguitur PV : sexto arguitur ad conclusionem sic R : *om.F*

³ haec PVR : *om.F*

⁴ vera FPV : falsa R

vera : sicut satis patet : *add.FV*

⁵ nam FPV : consequentia bona et assumptum probatur scilicet quoad ejus secundam partem videlicet R

⁶ valet patet PV : valeat patet F : valet R

⁷ hic FPV : *om.R*

⁸ suam FPV : *om.R*

⁹ est FPV : generaliter non valet argumentum immo sic arguendo committitur R

¹⁰ ergo conclusio vera FPV : *om.R*

¹¹ arguitur PV : probatur F

¹² posito quod nihil currat tunc PV : nullum currit F

¹³ currat : quod *add.R*

Version Heytesbury

et tamen¹ consequens est² falsum³, scilicet⁴ ‘tantum Socrates currit’ : quia sequitur⁵
« tantum Socrates currit ; ergo Socrates currit »,

Texte dans FPV

consequens est falsum⁶.

<Quod sit bona>

Et quod⁷ illa consequentia [non⁸]
valet arguitur statim : nam⁹ sequitur
« nihil aliud a Socrate currit ; ergo
nihil currens est idem non Socrati ;
ergo nihil currens est non
Socrates » :

quia oppositum consequentis non stat
cum antecedente.

Texte dans R

Consequentia illa tenet ab exclusiva
ad suam particularem, et tunc illa stabunt
simul ‘nihil currit’ et ‘Socrates currit’.

Sed quod consequentia sit bona
probatur : quia sequitur « nihil aliud a
Socrate currit ; ergo nullum currens est
non idem Socrati ».

Illa consequentia tenet : quia
oppositum consequentis non potest stare
cum antecedente ; ergo consequentia
bona.

Assumptum probatur : quia illa non
possunt stare simul ‘aliquod currens est
non idem Socrati’ et ‘nihil aliud a Socrate
currit’, ut satis patet,

¹ et tamen P : tamen FV : sed quod R

² est FPV : sit R

³ falsum : probatur *add.R*

⁴ scilicet FPV : videlicet R

⁵ quia sequitur FPV : quia repugnat positi ut sic arguatur R

⁶ falsum : et contra casum *add.V*

⁷ et quod PV : ergo F

⁸ non FV : *alb. P*

⁹ nam PV : nam non F

Tractatus *Juxta hunc textum*

Texte dans FPV

Et similiter ultra¹ : « nihil currens est idem² non Socrati ; ergo nihil currens est non idem Socrati », « nihil currens est non idem Socrati ; ergo nihil currens est non Socrates³ », « nihil currens est non Socrates ; ergo⁴ nihil currens non est Socrates⁵ ».

Texte dans R

et tunc ultra « nullum currens est non idem Socrati ; ergo nullum currens est non Socrates », et ultra « nullum currens est non Socrates ; ergo nullum currens non est Socrates ».

Consequentia tenet : quia arguitur⁶ a propositione⁷ de praedicato infinito⁸ ad seipsam⁹ negativam de praedicato finito¹⁰ ; ergo consequentia bona¹¹, et¹² ultra sequitur « nihil¹³ currens non est Socrates ; ergo omne currens est Socrates ».

Consequentia tenet per istam regulam post contra¹⁴, et tunc sequitur¹⁵ ultra « omne currens est Socrates ; ergo tantum Socrates currit ».

Consequentia patet¹⁶ ab universali ad suam exclusivam de terminis transpositis, et in rectis ; ergo a¹⁷ primo ad ultimum¹⁸, sequitur¹⁹ « nihil aliud a Socrate currit ; ergo tantum Socrates currit », et sic potest argui quod a propositione habente plures causas veritatis ad unam illarum²⁰ est consequentia bona. Et non est fallacia consequentis : quia sic argutum est quod ista consequentia sit bona « nihil aliud a Socrate currit ; ergo tantum Socrates currit²¹ ».

Probatur : quia²², ex opposito consequentis¹ sequitur oppositum² antecedentis³ : quia⁴ sequitur « non tantum Socrates currit ; ergo aliud a Socrate currit ».

¹ ergo nihil currens est non Socrates quia oppositum ... (ultra P/ulterius F) FP : *om.* V

² idem FV : non currens P

³ nihil currens est non Socrates V : *om.* F

⁴ ergo] nihil currens est non idem Socrati ... ergo] LAC P

⁵ ergo nihil currens non est Socrates PV : *om.* F

⁶ quia arguitur FPV : *om.* R

⁷ propositione : affirmativa *add.* R

⁸ infinito FPV : finito R

⁹ seipsam PV : ipsam F : *om.* R

¹⁰ finito FPV : infinito R

¹¹ ergo consequentia bona FPV : *om.* R

¹² et : tunc *add.* R

¹³ sequitur nihil FPV : nullum R

¹⁴ post contra FPV : negatio postposita facit aequipollere suo contrario R

¹⁵ sequitur FPV : *om.* R

¹⁶ patet FPV : illa tenet R

¹⁷ et in rectis ergo a FPV : et tunc de R

¹⁸ ad ultimum FVR : *om.* P

¹⁹ sequitur FPV : si R

²⁰ illarum : causarum *add.* V

²¹ et sic potest argui quod ... Socrates currit FPV : ergo consequentia prima fuit bona R

²² probatur quia FPV : secundo R

Version Heytesbury

Texte dans FPV

et regula a propositione et cetera ;
ergo consequentia bona.

Texte dans R

Quod probatur sic : nam bene sequitur « non tantum Socrates currit ; ergo Socrates currit, et aliud a Socrate currit », et ultra « Socrates currit, et aliud a Socrate currit ; ergo aliud a Socrate currit », et tunc contingit probare quod a propositione habente plures causas veritatis ad unam illarum est bona consequentia.

<Responsio>

Pro illo dico quod consequentia principalis non valet.

Pro illo dico quod illa consequentia non valet, scilicet « nihil aliud a Socrate <currit> ; ergo tantum Socrates currit ».

¹ consequentis PR : *om.FV*

² oppositum FVR : contradictorium P

³ antecedentis PR : *om.FV*

antecedentis : ergo consequentia bona antecedens probatur *add.R*

⁴ quia : bene *add.R*

Tractatus *Juxta hunc textum*

Texte dans FPV

Et tamen ad probationem, conceditur¹ totum usque ad illam « nihil currens est non Socrates ; ergo nihil currens non² est Socrates », et illam nego, et quamcumque consimilem³ : quia stat antecedens⁴ et oppositum consequentis esse propositiones consimiles. Sed illud bene sequitur « omne currens est non Socrates ; ergo nihil currens non est Socrates⁵ » : nam regula allegata vult quod ab affirmativa de praedicato infinito sequitur negativa⁶ de praedicato finito, cujusmodi non arguitur hic. Et sic⁷ evitatur illud inconveniens quod ibi deducitur, scilicet a propositione habente plures causas⁸ et cetera.

Texte dans R

Et cum probatur, quia bene sequitur « nihil aliud a Socrate currit ; ergo nullum currens est non idem Socrati », concedo totum usque ad illam consequentiam « nullum currens est non idem Socrati ; ergo nullum currens non est Socrates », et illam nego, et quamcumque talem : quia antecedens est propositio negativa de praedicato infinito : nam regula allegata vult quod ab affirmativa de praedicato infinito ad negativam de praedicato [in]finito valet consequentia. Modo non est sic in dicta consequentia, sed bene sequitur « omne currens est non homo ; ergo nullum currens est homo », et sic vitatur inconveniens ad quod deducitur.

¹ conceditur V : concedo P : concedatur F

² non PV : *om.*F

³ talem P : consimilem FV

⁴ antecedens : esse *add.*F

⁵ non est Socrates PV : non Socrates est Socrates F

⁶ sequitur negativa PV : ad negativam F

⁷ sic PV : *om.*F

⁸ plures causas F : plures V : et cetera P

<Septimum argumentum¹>

Item principaliter ad conclusionem² : haec consequentia est bona « contingit te currere ; ergo contingit te non currere », et haec eadem non valet ; ergo conclusio vera³.

<Quod est bona>

Consequentia tenet⁴, et antecedens arguitur⁵, quod illa⁶ sit bona per Aristotilem in libro *Priorum*⁷ dicentem⁸ “propositio de contingenti ad utrumlibet debet⁹ converti per¹⁰ oppositas qualitates¹¹”.

<Quod non valet>

Et quod illa¹² non¹³ valet arguitur sic : quia si illa consequentia valeret, sic¹⁴ valeret e contra sic arguendo « contingit te non currere ; ergo contingit te currere ».

Consequentia probatur¹⁵ : quia in omni conversione per accidens¹⁶, convertens et conversa sunt convertibilia, et generaliter¹⁷ ab uno convertibili¹⁸ ad reliquum tenet consequentia et e contra¹⁹, ut satis patet advertenti.

Et²⁰ quod non valet arguendo e contra arguitur²¹ sic « contingit te non currere ; ergo contingit te currere » probatur²² : quia cras²³ antecedens erit¹ verum sine consequente ; ergo consequentia non valet².

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSO (10) — Version Alyngton manuscrits (10) — Version LSC (10)

² item principaliter ad conclusionem PV : septimo ad eandem conclusionem arguitur sic R : *om.*F

³ vera FPV : falsa R

⁴ tenet PV : patet F : est bona R

⁵ arguitur FPV : probatur R

⁶ quod illa FV : quod illa consequentia P : scilicet quod R

⁷ in libro Priorum FPV : primo Peri hermeneias R

⁸ dicentem : quod *add.*R

⁹ debet FPV : habet R

¹⁰ per : in *add.*R

¹¹ oppositas qualitates FPV : oppositam qualitatem R

¹² illa FPV : consequentia R

¹³ non FPV : *in mg.*R

¹⁴ sic FP : tunc R : *om.*V

¹⁵ probatur FPV : patet R

¹⁶ per accidens FV : praeterquam in conversione per accidens P : *om.*R

¹⁷ generaliter FPV : sic R

¹⁸ convertibili FPV : convertibilium R

¹⁹ tenet consequentia et e contra FPV : est consequentia bona R

²⁰ et FPV : sed probatur R

²¹ arguendo e contra arguitur FPV : e contra arguendo R

²² probatur PV : *om.*FR

²³ cras FPV : casu possibili posito R

Tractatus Juxta hunc textum

Consequentia patet, et antecedens arguitur : ponatur quod³ quod cras eris⁴ corruptus, tunc cras⁵ haec erit vera ‘contingit te non currere’ : quia cras erit ejus contradictorium falsum, scilicet⁶ istud⁷ ‘necesse est te currere’, ut satis patet : quia tunc⁸ erit haec propositio⁹ vera ‘impossibile est te¹⁰ currere’ ; ergo cras erit haec propositio¹¹ vera ‘contingit te non¹² currere’ tamquam sibi subalternam¹³ et alterius¹⁴ contradicens. Isto posito, arguitur¹⁵ ultra sic¹⁶ : cras erit hoc antecedens verum ‘contingit te non currere’, et consequens cras erit falsum¹⁷ ‘contingit¹⁸ te currere¹⁹’ : quia sequitur « contingit te currere ; ergo possibile est te currere », et²⁰, tunc sequitur quod²¹ duo contradictoria sunt²² simul vera, videlicet ‘possibile est te currere’ et ‘impossibile est te currere’ ; ergo²³ principalis consequentia non valet, et illa valet²⁴, ut prius²⁵ argutum est ; ergo conclusio vera²⁶.

<Responsio>

Pro illo dico²⁷ quod consequentia principalis est satis bona²⁸.

Et ad probationem, quando arguitur¹ sic “contingit te non currere ; ergo et cetera²”, concedo.

¹ erit FPV : est R

² sine consequente ergo consequentia non valet FPV : et consequens falsum R

³ consequentia patet et antecedens arguitur ponatur quod FPV : quod probatur sic posito R

⁴ eris FPV : sis R

⁵ tunc cras FPV : om.R

⁶ scilicet FPV : videlicet R

⁷ istud PVR : om.F

⁸ tunc FPV : cras R

⁹ propositio FPV : om.R

¹⁰ te : non add.F

¹¹ haec propositio V : haec PR : om.F

¹² non PR : om.FV

¹³ subalternam FPV : subalternans R

¹⁴ alterius FPV : alteri R

¹⁵ isto (posito FV/habito P) arguitur FPV : et tunc R

¹⁶ sic FPV : om.R

¹⁷ et consequens cras erit falsum FPV : sed quod istud videlicet R

¹⁸ contingit FPV : contingens est R

¹⁹ currere : sit falsum probatur add.R

²⁰ quia sequitur contingit te currere ergo possibile est te currere et PV : et F : quia sequitur contingit te currere ergo possibile est te currere et R

²¹ quia sequitur contingit ... sequitur quod FPV : quia si non tunc R

²² sunt FPV : erunt R

²³ ergo PV : quia bene sequitur contingens est te currere ergo possibile est te currere ergo sequitur quod R : om.F

²⁴ et illa valet PV : om.FR

²⁵ prius FPV : om.R

²⁶ ergo conclusio vera FPV : om.R

²⁷ dico FPV : dicitur R

²⁸ bona FPV : communis R

Version Heytesbury

Et tunc³ ad improbationem, quando arguitur⁴, admittitur casus.

Et quando dicitur quod antecedens est verum⁵ ‘contingit te non currere’, potest aliquis dupliciter respondere⁶.

Primo, negando illud.

Tunc dicitur contra⁷ ejus contradictorium est falsum, scilicet hoc⁸ ‘necesse est te currere’ ; ergo ista est vera ‘contingit te non currere⁹’, potest negari¹⁰ quod est suum¹¹ contradictorium, sed hoc est suum contradictorium¹² ‘non contingit¹³ te non currere’. Si quaeratur de ejus contradictorio ‘necesse est te currere’, potest dici¹⁴ quod¹⁵ hoc est suum contradictorium ‘contingit te non currere’, capiendo li ‘contingit’ pro ‘potest’, et haec propositio in casu non erit vera¹⁶.

Texte dans FPV

Vel potest aliter dici distinguendo¹⁷ de contingenti : quia quoddam est contingens a propositione necessaria formaliter distincta, et quoddam non est distinctum a propositione necessaria, sicut dicimus quod hoc est contingens ‘deus est’ : quia¹⁸ possibile.

Texte dans R

Vel potest aliter dici de contingenti : quod quoddam est contingens propositioni necessariae formaliter contradicens et ab illo distinctum a propositione necessaria, et sic dicimus quod haec est contingens ‘deus est’ : quia est necessaria.

¹ arguitur : quod non quia tunc sequitur e contra arguendo *add.R*

² ergo et cetera FPV : ergo contingit te currere R

³ tunc FPV : *om.R*

⁴ improbationem quando arguitur PV : probationem quando arguitur F : probationem R

⁵ verum : scilicet *add.R*

⁶ potest aliquis dupliciter respondere FPV : potest responderi dupliciter R

⁷ tunc dicitur contra FPV : et quando dicitur quod R

⁸ hoc FPV : *om.R*

⁹ ergo ista est vera contingit te non currere FPV : *om.R*

¹⁰ negari FPV : responderi negando R

¹¹ est suum FPV : illud sit ejus R

¹² hoc est suum contradictorium FPV : est istud R

¹³ contingit FPV : contingens est R

¹⁴ potest dici FPV : dico R

¹⁵ quod FPV : *om.R*

¹⁶ hoc est suum contradictorium contingit te non currere capiendo li contingit pro potest et haec propositio in casu non erit vera FPV : est istud contingens ad utrumlibet est te non currere ergo illa propositio in casu illo est falsa R

¹⁷ distinguendo FPV : *om.R*

¹⁸ quia : est *add.F*

Tractatus *Juxta hunc textum*

Texte dans FPV

Et cui des¹ possibile, contingens detur eidem², et consimilis distinctio datur impossibili.

Et per illam diffinitionem³ satis contingit probare argumentum⁴; ideo eligat⁵ respondens responsionem quam voluerit, tamen sine dubio prima responsio apparet melior.

Texte dans R

Et distinctionem quam das de possibili et de contingenti, eandem vel consimilem poteris dare de impossibili.

Istam distinctionem satis contingit probare, responsionem tamen eligat respondens quam voluerit, prima tamen modo dicta, ut mihi apparet, melior est.

¹ cui des PV : cui detur F

² contingens detur eidem PV : contingens detur F

³ diffinitionem PV : distinctionem F

⁴ argumentum PV : consequentiam F

⁵ eligat PV : eligit F

<Octavum argumentum¹>

Aliter² ad conclusionem arguitur sic³ : haec consequentia est bona « aliquod videns⁴ illum hominem non est asinus, et ille homo est aliquis homo ; ergo aliquod videns⁵ aliquem hominem non est asinus », et haec eadem non valet ; ergo conclusio vera⁶.

<Quod est bona>

Consequentia patet, et⁷ antecedens arguitur⁸.

Probo⁹ quod illa consequentia¹⁰ sit bona¹¹ : quia arguitur ab inferiori ad suum superius¹² negatione postposita cum minori addita ; ergo consequentia est bona¹³.

<Quod non valet>
